INDEX

PRAELECTIONUM

IN UNIVERSITATE LITERARUM REGIA VARSAVIENSI

INDE A 15ta SEPTEMBRIS MDCCCXXIV USQUE AD 15^{am} JULII MDCCCXXV,

HABENDARUM.



VARSAVIÆ.

EX OFFICINA N. GLÜCKSBERGII, TYP: UNIV.

DOCTRINAM RELIGIONIS CATHOLICÆ exponet *Xaverius* SZANIAWSKI, J. U. Dr. Prof. P. Ord. diebus Lunæ et Veneris hora 8—9.

THEOLOGORUM ORDO.

Adalbertus Anselmus SZWEYKOWSKI, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector hora 8—9 diebns Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris tradet *Theologiam pastoralem et Methodum cathechizandi*.

Paulus SZYMAŃSKI, Theol. Dr. h. t. Decanus hora 9—10 docebit *Introductionem in Libros SS Novi Foederis* diebus Lunæ et Martis, *Hermeneuticam generalem* diebus Mercurii et Jovis, Veneris autem et Saturni interpretabitur Epistolas S. Pauli ad *Galatas* et *Thessalonicenses*.

Aloysius Ludovicus CHIARINI, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 11—12 diebus Lunæ et Jovis dabit *Antiquitates Biblicas*, diebus Martis et Veneris *linguas orientales*, Mercurii et Saturni *linguam Græcam*; eadem die Saturni, hora 8—9. disseret de *Libris SS. Veteris Foederis*.

Jacobus SZARKIEWICZ, Theol Dr. Prof. P. Extraord. hora 4—5. singulis diebus tradet *Historiam Ecclesiasticam*.

Felix Benedictus USTRZYCKI, Theol. Mgr. Prof. Extraord. tradet hora 2—3. singulis diebus *Theologiam Dogmaticam*.

Joannes ONOSZKO, Prof. P. Extraord. hora 3—4. singulis diebus exponet *Theologiam Moralem*.

ORDO JURECONSULTORUM ET PROFESSORUM DOCTRINARUM POLITICARUM.

I. JUS.

Joannes Vincentius BANDTKIE, J. U. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, literarum, scientiarum et artium Universitatis et Acad. Vilnensis socius, honoris gratia cooptatus, tradet *Jus polonicum et historiam ejusdem Juris*, diebus Martis et Veneris hora, 3—4, diebus vero Mercurii et Jovis horis 3—5.

Xaverius SZANIAWSKI, J. U. Dr. Prof. P. Ord. exponet *Jus Canonicum* diebus Lunæ, Mercurii, Veneris et Saturni, atque *Juris commercialis codi-*

cem, diebus Martis et Jovis hora 11—12. tempore hiemali, per semestre vero aestivum alia hora indicabitur.

Alexander ENGELKE, J. U. Dr. Prof. P. Ord. explicabit *Instituta judiciaria et processum civilem* diebus Jovis, Veneris et Saturni, horis 9—11.

Clemens URMOWSKI, J. U. Dr. Prof. P. Extraord. docebit *Encyclopædiam juris* et *jus naturale*, diebus Martis, Mercurii, Jovis et Saturni hora 8—9. eadem vero die Saturni et Lunæ hora 4—5.

Venceslaus Alexander MACIEIOWSKI, J. U. Dr. Prof. P. Extraord. quotidie per hebdomadem profitebitur hora 9—10. *Historiam juris Romani* ex libro suæ repetitæ prælectionis Varsaviæ mox typis prodituro et *Institutiones juris Romani* ex libro, qui inscribitur: *principia juris Rom.* Varsav. 1820 a se edito: quod in hoc deest, id e sylloge dissertationum suarum prima, ibidem anno nuper elapso editarum, supplebit.

II. DOCTRINAE POLITICAE.

Fredericus Comes SKARBEK, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit *Oeconomiam Politicam* diebus Martis, Jovis et Saturni; *Politiam*, diebus Lunæ, Mercurii et Veneris, usque ad semestre aestivum, ex hoc vero tempore iisdem diebus exponet breviter *Modum nostratem gerendi rempublicam* (Rys Administracyi kraiowéy) horis 12—1.

Stanislaus KUNATT, Mgr. J. U. et Scientiarum administrandæ reipublicæ, Magister legens, tradet *Statisticam* diebus Martis Jovis et Saturni horis 12—1. *Doctrinam administrandæ reipubl. generalem* (Naukę Administracyi) diebus Lunæ et Mercurii horis 10—11, Veneris autem hora 8—9.

MEDICORUM ORDO.

Franciscus Xaverius DYBEK, Med. Chir. et Phil. Dr AA. LL. Mgr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, *Chirurgiam theoreticam* docebit e propriis schedis, diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris, hora 11—12. *In operationibus chirurgicis* exercebit Auditores diebus Lunæ et Veneris, hora 10—11, *Clinicen chirurgicam* vero diebus Lunæ, Mercurii, Veneris et Saturni hora 9—10. moderabitur.

Josephus CELIŃSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Pharmatiam* diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, secundum compendium a se editum sub titulo: *Farmacya, czyli nauka przygotowania lekarstw*, hora 7—8. *Chemiam politicam* et *forensem* eadem hora, die Saturni secundum proprias theses explicabit.

Emilianus Clemens Nowicki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. tractabit *Jnstitutiones Chirurgiæ* diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris e propriis schedis hora 2—3, eodemque tempore exercebit auditores in *operationibus chirurgicis*, diebus vero Lunæ et Mercurii explicabit *Historiam rei medicæ* hora 3—4. qua absoluta, semestri æstivo exponet *Toxicologiam.*

Martinus Woyde, Med. et Chir. Dr. Pof P. Ord. *Medicinam forensem*, secundum Henkii compendium *Lehrbuch der gerichtlichen Medizin* 4 *Auflage Berlin* 1824. diebus Lunæ, Martis, Veneris et Saturni hora 4—5. tradet, eaque absoluta, iisdem horis ac diebus *Politicen medicam*, duce *Berntio, Systematisches Handbuch der öffentlichen Gesundheits und Krankheistpflege, Wien* 1818 docebit. De *morbis epizooticis* die Jovis hora 4—5. tractabit. *Pathologiam* vero *generalem* et *Materiam medicam* studiosis medicinæ inferioris diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 11—12. exponet.

Jgnatius Fijalkowski, Med. et Chir Dr. A. O. Mgr. exponet *Artem Obstetriciam sublimem* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris, *inferiorem* vero diebus Martis, Jovis et Saturni hora 3—4. *Jnstitutum Clinicum* visitabit quoque quotidie hora 12—1. Pro exercitationibus variis in quantum necessitas postulabit, præter horas lege fixas, eliget alias.

Joannes Mile, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Physiologiam* e propriis schedis diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora 4—5. tradet; *Diaeteticam* vero eadem hora, diebus Mercurii et Saturni exponet.

Martinus Roliński, Med. Dr. Chir. et Art. Obst. Mgr. Prof. P. Ord. *Anatomiam theoreticam* secundum compendium *Rosenmülleri* diebus Lunæ, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora 11—12 semestri hiberno explicabit. Jn *Anatomia practica* manum studiosorum exercebit senis per septimanam diebus, horis matutinis 8—10, pomeridianis vero 2—4, auxiliante prosectore. Aestivo tempore *Anatomiam comparatam* studiosis medicinæ sublimioris, secundum opus Cuvieri diebus Lunæ, Martis, Jovis et Saturni hora 11—12; studiosis vero medicinæ inferioris *Physiologiam* diebus Martis, Jovis et Saturni hora pomeridiana 4—5 exponet.

Joannes Godofredus Freyer, Med. et Chir. Prof. P. Ord. *Therapiam specialem morborum chronicorum* senis per hebdomadem diebus hora pomeridiana 5—6 e propriis schedis docebit. *Exercitationes clinicas* in Jnstituto Regio quotidie hora 8—9 instituet: tum æstivi semestris spatio *Pharmacocatagraphologiam* secundum normam operis a se editi binis per septimanam diebus explicabit, de quibus sibi cum auditoribus convenerit.

Vincentius Szczucki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Propædeuticam studii medici* exponet die Mercurii, hora 10—11. *Pathologiam generalem* secundum proprias theses diebus Lunæ et Veneris hora 9—10, diebus vero Martis, Jovis et Saturni *Materiæ medicæ præcepta*, hora eadem explicabit.

Joannes Tomorowicz, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Extraord. *Therapiam* studiosis Medicinæ inferioris senis per hebdomaden diebus hora 5—6. pomeridiana explicabit.

PHILOSOPHORUM ORDO.

Josephus Carolus Skrodzki, Phil Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus *Physicam universalem* experimentis illustratam, exponet diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 2—4.

Cathedra *Philosophiæ* vacat.

Antonius Dąbrowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit 1. *Calculum differentialem* et *integralem* diebus Lunæ et Veneris horis 9—11. die vero Mercurii hora 9—10; 2. *Geometriam Analyticam* diebus Martis ,Jovis et Saturni hora 9—10.

Franciscus Armiński, Prof. P. Ord. *Astronomiam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 8—10 docebit.

Adrianus Krzyżanowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. exponet 1. *Mechanicam analyticam* diebus Martis, Jovis et Saturni horis 8—10. 2. *Algebram subliniorem* iisdem diebus hora 11—12.

Cajetanus Garbiński, Phil. Dr. Prof. P. Extraord. tradet. 1. Mathesin elementarem diebus Martis, Mercurii, Jovis et Saturni hora 11—12; 2 *Geometriam*, quam *descriptivam* vocant, diebus Lunæ et Veneris hora 11—12: Martis et Jovis hora 3—4, die autem Saturni horis 2—4.

Adamus Kitaiewski, Prof. P. Ord. *Chemiam universalem* tradet diebus Martis, Jovis et Saturni horis 8—10. *Chemiam* vero *experimentalem*, *accommodatam* agriculturæ, earumque artium generibus, quæ cum agricultura præcipue sunt conjuncta, explicabit diebus Mercurii et Veneris hora 2½—4.

Fredericus Jacobus Hoffmann, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Mineralogiam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 8—10 explicabit.

Michael Szubert, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet 1. *Botanicam* diebus Martis et Saturni hora 3—4, die vero Jovis hora 2—4; 2. *Disciplinam Saltuariam* diebus Martis et Saturni hora 2--3.

Felix Jarocki, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Zoologiam* senis per hebdomadem diebus hora 4—5. exponet secundum opus a se editum.

Exercitationes pædagogicæ instituentur diebus Lunæ et Jovis hora 12-1.

ORDO DOCTRINARUM ET ARTIUM LIBERALIUM

I. DOCTRINARUM.

Felix BENTKOWSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, postquam exposuerit doctrinas, quæ ad rite cognoscendam et crictice tractandam Historiam spectant (duce libello: *Wstęp do Historyi*, w Warszawie 1821. 4to) tradet *Historiam universalem*, usque ad finem seculi XVIIIvi, fusius pertractaturus periodum inde a seculo sexto p. Chr. nat. ad XVum. diebus Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 4—5, diebus vero Mercurii et Veneris hora 3—4 *exercitationes historicas* moderabitur.

Aug. Ern. ZINSERLING, Phil. Dr. Prof. P. Ord. exponet *Historiam literaturae latinae* diebus Lunæ et Martis hora 2—3. die vero Veneris hora 9—11 *Tacitum* explicabit, diebus Martis et Jovis hora 10—11, iisdem diebus hora 9—10 moderabitur *exercitationes practicas linguae latinae.*

F. A. WOELKI, Prof. P. Extraord. *Antiquitates Romanas* tradet diebus Martis, Jovis et Saturni hora 3—4; *Homeri Jliadem* interpretabitur diebus Martis et Jovis hora 8—9; *Demosthenis* vero adversus Leptinem *orationem* die Lunæ hora 9—10; *Exercitationes graecas* moderabitur diebus Mercurii et Saturni hora 8—9.

Ludovicus OSIŃSKI, Prof. P. Ord. tradet *Praecepta Eloquentiae* atque *Poeseos* cum analysi operum classicorum, maxime ratione habita auctorum polonorum, die Saturni hora 4--5. *Exercitationes* vero *practicas* cum Tironibus die Lunæ hora 3--4. instituet

Casimirus BRODZIŃSKI, Prof. P. Extraord. tradet *Historiam literaturae polonicae* et moderabitur *exercitationes practicas* diebus et horis posthac designandis.

Casimirus WERBUSZ, Lector linguæ Russicæ, tradet hanc linguam ejusque historiam liter. diebus Lunæ, Martis et Veneris hora 11--12.

II. ARTIUM LIBERALIUM.

Julius COLBERG, Phil. Dr. Prof. Ord. explicabit: *Usum instrumentorum geometricorum*, nec non *Geodaesiam* et *nivellationem simplicem junctis exercitationibus* in *delineatione topographica* die Martis et Veneris hora 2--5. *Geodaesiam* vero et *Nivellationem complicatam* nec non *applicationem Trigonometriae planae* et *sphericae* ad *Geodaesiam* tradet die Lunæ et Saturni hora 10--11.

Cathedra *Architecturae* vacat.

Antonius Blank, Prof. P. Ord. et *Antonius* Brodowski Prof. Extraord. alternis hebdomadibus quotidie horis 9--12. moderabuntur exercitationes juvenum *Artem pictoriam, exemplis et antiquis et vivis propositis, celebrantium.* Blank tradet *Osteologiam* et *Myologiam* diebus Martis et Veneris hora 12--1. Brodowski vero *Mythologiam* artificum præcipue usui accommodatam die Saturni hora 12--1. Præterea, qui *Artis pictoriae* principiis, demum imbuuntur, juvenes, eandem singulis diebus hora matutina 8--9. exercebunt, exemplis commode propositis.

Sigism. Vogel, Prof. P. Extraord. tradet *theoriam* et *artem delineandi* secundum *praecepta perspectivae* et *optices* secuturus opera Andreæ di Pozzo et Lucæ Vocha, diebus Lunæ, Mercurii et Jovis hora 2--3.

J. E. Krethlow, Prof. P. Ord. docebit *Artem* in cupro *sculpendi* singulis per hebdomadem diebus hora 2--4, semestri hiberno; mensibus vero æstivis hora 4--6.

Josephus Elsner, Prof. P. Ord. explicabit *Theoriam compositionis musicae* altera quaque hebdomade die Jovis hora 12--1, *Compositionem* vero *musico-practicam* tradet in Conservatorio musico diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 4--6.

Paulus Maliński, Prof P. Extraord. tradet *caelendi sculpendique artem* et *omnem rem statuariam* diebus Lunæ, Mercurii et Veneris hora 2--4.

